[illegible]

Deprehe[n]sse quod suspicaris ex ijs l[itter]is, quas pro humanitate tua quot[ies] ad me scribis, parum verè statuis, Affinis optime; parum æque quoad publicos Tabelliones, et innocentes item pueros, qui dispositis equis ultrò citroq[ue] commeant, neq[ue] fallaci operâ ni fallor ipse, commercio nostro illudant. Sed silere nimir[um] aliquando cogor, muneris mei negotijs, quæ non æquali imp[etu] in me incurrunt. Variè distractus; nonnunq[uam] ~~audeo~~ audeo; ubi res non maximi momenti moram ferre videntur; aut silentium, sine cuiusq[ue] detrimento. Fortasse me nesciebas tibi tam familiarem esse: sed culpam, si quæ est, benevol[entiæ] tuæ adscribendam puta; et deniq[ue], duos Affines inter, non dedecere, pro re nata, vel alterutrius commodo, piscem vel picam agere. De Bove, nihil nisi molesto vobis animali; nihil ultra audeo. postq[uam] inter mulieres decre[tum] est, cuius vulturis hoc erit cadaver. Et nec de operis quidem ultra quicquam: facis enim ut mandatorum subinde nos pudeat, qui tantâ sedulitate rei alienæ incumbis. Adde quod ipsa anni tempestas manum de tegula vocat: neq[ue] ferè spes est coronicem, quod valde optaveram, et frontispicium confici ante Brumam po[ssi]nam in Tympano, ut cætera omittam, nescio quæ rerum ~~vanitas~~ vanitas scalpello exhibenda superest, quam segnior ille Lapicida omni lapide, toto bimestri non absolvet. Deinde quod ad Coronicem, de qua dicebam, prætexitur, nescio an verè magis an ingeniosè, plumbum, quo materiam ty[…] necesse est, ipsarum operarum, inter quos aliqui non o[…] opulentissimi mortalium sunt, furto nec manifesto ma[…]

expositum iri, si ante hyemem et clausas ædes imponatur. Scribo tamen ad ipsum Gerardium aliquid. Super his omnibus tu si cessantem sine fide generali verbo stimules, ut nimirum mandatis meis non suâ sedulitate obtemperet, non erit quod amplius abs te exigam, sed abundè, ut hactenus, quo me tibi devinctissimum profitear. Vale vir Amiciss[ime] cum uxorcula, liberis et amicis et me ama. Scribo hic Zuylesteinij, quò heri pe[r]ps cum D[omi]na et paucis familiaribus excurrit. Sed negotia certè et illam, quæ post equitem sedet atra, ocyor Euris, non effugit. Adeo inter has aeris temperates etiam perpetuo [curarum] nimbo undiq[ue] obruimur: quibus cum solus sufficere debeam, facile agnoscis, q[uod] non grandi otio sermones tecum faciam. [illegible] ipsis Idus [Nov]emb. CIↃIↃCXXXV. [illegible]